Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De triplici comoediarvm

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

publicis honoribꝰ honeſtati, in Comœdiis nomīari quenquā, niſi humilē, aut ſi mō ſinerēt opibꝰ inſignē, exterū, non ciuē, uetuerunt. at mox largius ꝓfuſa uitioꝝ licentia, nō ſolū nominatim, ſed ne ænigmate & occl'tis uerſibꝰ ſcribi poemata uoluerūt. Vñ poetæ aut in diuites exteros aut in pauperes oēs licēter ꝓ ſua libidīe loqbanť.

DE TRIPLICI COMOEDIARVM differentia.

¶ VNA ſiquidem Comœdia antiqua eſt, quæ prima palam oēs inceſſebat. Media uero per ænigmata. Noua q̄ in exteros aut ſeruos, aut pauperes inuehebatur. Artifex priſcæ Comœdiæ & Poeta inſignis fuit Ariſtophanes, Eupolis, & Cratinus. Mediæ uero Plato nō ille Philoſophus, & Pherecrates. Tertiæ aūt Menander, Philemon & Philiſtion. Cæterū primā comœdiam ad Eupolidē uſq; q̄dam aſſerunt perueniſſe, quem ob Baptas in Alciabiadē ſummū Athenienſium imperatorem perſtrictas comprehēſum & ſublimē raptum in pelagus ꝑcipitare militibus ſuis mandauit Alcibiades. unde quidam referunt ipſum diu inter fluctus naufragum euaſiſſe Sed poſtea rei publicæ edicto Alcibiades edixit, ne quis Athenienſem in Comœdia inceſſeret. Tuncq; Eupolidem, Cratinū, Pherecraten, Platonē atq; Ariſtophanē iocos quoſdā inuolutos, in quēuis pertentaſſe. Idq; ſecundū Comœdiaꝝ genus appellatum, quod tamdiu uiguit, quoad ne obſcure quidem perſtringi ciuē uoluere. Nam poſt in humiles & extremæ ſortis homīes, aut in cuiuſcunq; generis exteros conuerſi ſunt. Quod ſane tertiū Comœdiæ genus fuit a Menandro & Philemone celebratum, qui omnē Comœdiæ acerbitatem mitigauerunt, a quibus Romanos ſuas fabulas tranſtuliſſe perhibetur, poſt quos primus Liuius Andronicus, latino ſermone Comœdiam ſcripſit, excito ex Hetruria ludione qui Hiſter uocabatur, a quo hiſtrionis nomen emanauit.

DE PROPRIETATE.

¶ Comœdiæ ꝓpriū fuiſſe ſcribunt quidam uiginti quatuor adhibere ſaltatores, & q̄dratū choꝝ. Præterea ꝯuitia dicaceſq; ſermōes ꝯtinere. Illđ quoq; minīe ꝑtereundū qđ Comici, Satyrici & Tragici oēs uno noīe Comici appellati ſūt. qm̄ ex uicis in urbē eruperint qui his dedere principium. Exin diſtributa ſcribentium ratio eſt, ut Comici ſeruos & humiles. Satyrici ruſticos, Tragici diuites & reges deſcriberent. Ac ſicut Comœdia a uicis, aut a ſomno dicta,